



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Virtvte Religionis, Et Ei Annexis; Continens septem Tractatus
Theologiæ Moralis præcipuos. Primus, in ordine septimus, est de Oratione
... Septimus, & latissimus, de Beneficiis Ecclesiasticis

**Castro Palao, Fernando de
Lugduni, 1669**

Qui possint orare. Punct. 5

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76561](#)

beatum nouitiam illorum, quae ad eius statum aliquo modo pertinent, communices, cum sui visionem communicatis; ita ut tunc in Verbo videat quidquid successu temporis in illius honorem faciendum est? Quod si hic modus dicendi tibi non placet, necessario fateri debes Deum continuo manifestare Sanctis per specialem reuelationem orationes, quae ad illos funduntur: ne Ecclesia imprudenter & otioso cum ipsis loquatur, vixit qui locutionem perciperi non possunt. Negue contra hoc facit locus Ifa.63. Quia loquitur Propheta non de qualcumque cognitione; sed de cogitatione approbativa. Non enim Abraham factus illius populi approbauit, id quod dixit Propheta illos ignorasse, nec sponte dixit auxilium virum eis: Ne*cio* vos, id est, vos reiecio, ac si nunquam cognovisset. Addit illo tempore Abraham non vidisse Deum; quia clausa era iatura regna celestis, quousque Christus Dominus illud intravit; ac proinde non mutum si petitiones ad ipsum non fuerint delatae, neque delatas cognoverit. Cum vero Ifa.8. damnantur viui auxilium a mortuis petentes, id est: quia per incantationes & superstitiones petebant, vt colligetur ex illo loco ibi: *Cum dixerim ad vos, quarite a Pythoniis & a Diuinis, qui strident in eantationibus suis, nunquid non populis a Deo suo requiretes pro viuis a mortuis?* Ad legem magis *et* ad testimoniom &c.

Ad temum negamus hanc Sanctorum invocationem derogare dignitati Christi: & ad probationem respondeo, Sanctos non esse mediatores sicut est Christus Dominus. Nam Christus Dominus est simul Deus & homo, ac proinde virtute propria, & non aliunde accepta mediator existit Timoth.2. Satisfecit enim pro omnibus, illisque quantum in se est Patri reconciliari, & hac ratione solus ipse vincens & mediator existit. Nam Sancti etiam mediatores apud Deum existunt sua merita praesentando, non existente mediatores in ratione propria, sed a meritis Christi accepta, a quo omnia sua merita virtutem habuerunt: neque nos Deo solutione reconciliari, sed solum intercedere ut facto reconciliemur. Non ergo derogare Christi dignitati. Addit Christum secundum aliquorum sententiam non exercere in celo officium mediatoris orando pro nobis, sicut non merendo, nec satisfaciendo, sed solum scriptum diuino Patri praesertim, & ad Hebreos 7. semper viuens ad interpellandum pro nobis. Cum ergo de propria interpellatione, & rogatione possit intelligi, non debet ad impropiam loquitionem reduci. Neque obstat in hac vita Christum Dominum omnia cum parte tractasse, & pro omnibus orationes fuisse, scimusque pro quibus exaudiens, & in quibus ob eorum maliciam sua oratio sanctissima non habebat effectum. Non, inquam obstat, quoniam in celis orare non possit: quia hoc solum probat, eius orationem necessarium non esse; non tamen probat, non esse primum & sanctissimum, & ut taliter fundi posse. Alias dum existit in hac vita solum semel orare debuerat. Cum & illa oratio, tunc sit infinita virtus, & efficacitas, & optimè cognovit, in quibus habitura efficit effectum, & in quibus non. Si ergo non obstante hac oratione ob eius eximiiam in nos charitatem scriptus orationem repetiuit, idem in celo nunc facere potest, & de facto facit: ut sic verius verificetur, semper pro nobis interpellare. Quod si obstat. Ergo potero Christum orare, ut pro me quoniam homo est, ad Patrem orer; quod videatur esse contra Ecclesiae praxim. Respondeo concedendo id fieri posse, si debita intentione fiat, & abit scandalum; quia puto quod honestum est, & quod Christus Dominus sanctissime facit. At quia datur occasio malevolis, & ignorantibus errandi, existimando Christum Dominum non esse personam diuinam, neque per se posse concedere quidquid nobis necessarium est, id est a tali postulatione, & oratione abstinetur.

Nunquam tamen Ecclesia postulat a Christo Domino, ut apud Patrem pro nobis oret, sed postulat ut misereatur nostri: ne occasionem tribuat existimandi Christum non esse Deum, neque sua virtute omnia nobis concedere.

Ad secundum probationem de sufficiencia meritorum Christi, que videbatur in invocatione Sanctorum minui; faciliter responderet, dicendo nos non postulare, ut pro nobis Sancti intercedant: quia existimus merita & intercessionem Christi nobis non sufficere; sed quia nos indignos iudicamus illius intercessione, favore & meritis, intercessionem Sanctorum nos disponi intendimus, & medius illius ad ipsum ascendimus. Ex quo nullo modo licet inferi minus sufficiens esse Christi intercessionem; alia id licet inferi ex eo, quod orationes Sanctorum in hac via degentum expoluimus, quod non est dicendum.

Eodem modo solvitur quartum argumentum. Non enim invocatio Sanctorum arguit minorem fiduciam de divina bonitate, sed arguit maiorem sui submissionem, & propriam indigenam cognitionem; & licet Deus omnipotens sit ad tibi beneficium: id praestat per media a sua divina prouidentia praedicta; quoniam unum & praecipuum esse potest, ut eius amicos honoris, illorumque orationibus & intercessionibus faveatis.

Sed inquisit an animabus purgatoriis nos commendare, & ad ipsas orare possimus?

Respondet breviter probabilis est nos non posse illam orationibus commendare; sic Sylva. V. oratio. Nauar. de orat. cap. 1. num. 22, & telato D. Thom. Palud. Alenf. inclin. Suarez lib. 1. de orat. cap. 10. n. 25. iuncto. num. 27. & 28. Azor. i. p. lib. 9. cap. 30. quaf. 4. Valer. 2. 2. diff. 6. quaf. 2. punct. 7. vers. Quarto certum est, & post medium ad quartam obiectiōnēm vel, secundum dico cum August. lib. de cura pro mortuis agenda cap. 13. Ratio est, quia neque est eternum ipsas ibidem existentes pro nobis orare, neque nostras orationes cognoscere. Posita autem hac incertitudine oratione esse videtur ab illis aliquid petere, vixitque non intelligent petitionem. At quia probabilis est pro nobis orare, non istaque orationes cognoscere media reuelatione ab Angelis custodibus sui vel nostri probable est ad illas posse nos orationes fundere. Sic docet Bonacina alios referens diff. 1.

de horis canonice, quaf. 1. punct. 1. in fine. Quapropter (concludit Suarez supra) tentientem in hac oratione fructum & devotionem, non esse ab illa remouendum.

P V N C T V M . V.

Qui possint orare?

- 1 Nulla divina persona quatenus talis est, orare potest.
- 2 Omnes homines viatores orare possunt.
- 3 Angeli & anima bestiarum pro nobis orant.
- 4 Preponitur obiectio quodam & solius ur.
- 5 Pro se beatu quia ratione orant.
- 6 Damnati veram orationem non possunt fundere.
- 7 An anima existente in purgatorio pro nobis orant? Referatur communis sententia, non orare.
- 8 Probabile satis est oppositum.
- 9 Satisfact argumentis num. 7. postis.

1 A liqua sunt in hoc punto extra controversiam. Primo, diuinis personas quatenus tales sunt orare non posse. Tum quia oratio est actus religionis inferioris ad superiorem, nulla autem diuina persona est alteri inferior. Ergo, Tum quia non habent distinctam voluntatem, quod necessario presupponi debebat: Dixi diuinis personas quatenus tales sunt orare non posse: vt indicarem Filium quatenus homo est ad scriptum ve Deum, ad Patrem, & Spiritum sanctum orare posse, vt de facto sapere orant existens in hoc mundo. Quod autem modus existens in celo pro nobis oret, probare videatur locus ille Ioan. 14. *Ego regabo Patrem & alium Paracletum dabit vobis ut maneat vobis.* & ad Hebreos 7. *semper viuens ad interpellandum pro nobis.* Cum ergo de propria interpellatione, & rogatione possit intelligi, non debet ad impropiam loquitionem reduci. Neque obstat in hac vita Christum Dominum omnia cum parte tractasse, & pro omnibus orationes fuisse, scimusque pro quibus exaudiens, & in quibus ob eorum maliciam sua oratio sanctissima non habebat effectum. Non, inquam obstat, quoniam in celis orare non possit: quia hoc solum probat, eius orationem necessarium non esse; non tamen probat, non esse primum & sanctissimum, & ut taliter fundi posse. Alias dum existit in hac vita solum semel orare debuerat. Cum & illa oratio, tunc sit infinita virtus, & efficacitas, & optimè cognovit, in quibus habitura efficit effectum, & in quibus non. Si ergo non obstante hac oratione ob eius eximiiam in nos charitatem scriptus orationem repetiuit, idem in celo nunc facere potest, & de facto facit: ut sic verius verificetur, semper pro nobis interpellare. Quod si obstat. Ergo potero Christum orare, ut pro me quoniam homo est, ad Patrem orer; quod videatur esse contra Ecclesiae praxim. Respondeo concedendo id fieri posse, si debita intentione fiat, & abit scandalum; quia puto quod honestum est, & quod Christus Dominus sanctissime facit. At quia datur occasio malevolis, & ignorantibus errandi, existimando Christum Dominum non esse personam diuinam, neque per se posse concedere quidquid nobis necessarium est, id est a tali postulatione, & oratione abstinetur.

2 Secundo certum est, omnes homines viatores orare possent, sive iusti sint, sive iniusti: debent tamen esse fidèles; quia absque fide eorum oratio (de qua in presenti loquimur) non erit supernaturalis religionis actus. Nam ut dicit Paulus ad Rom. 10. *Quomodo inveniabunt, in quem non crediderunt?* quasi dicere Deum invocare non possunt, oratione pertinente ad salutem, nisi prius in ipsum credant. Supposita autem fide: si iusti sunt, clarum est, orare posse; tum pro le, & pro aliis iustis, vt in iustitia contineantur; tum pro peccatoribus, vt a peccato desistant. Si vero peccatores sint, orare ad Deum possunt, & debent ut eos mouere peccata relinquere. Negue ex eo, quod oratio fiat ab hoc peccatore, mala est, sed potius est bona, utilis, & consolenda, vixitque saepe Deus moueri ad excitandum peccatores, vt se ad gratiam diuina auxilio innixa disponat. Alias peccatores non tecum dicent, *dimit nobis debita nostra.*

3 Tertio certum est, Angelos in celo existentes animasque beatas Deum pro nobis orare, non solum in genere, sed etiam in specie & singularitate; alias Ecclesia non petet specialem eorum intercessionem, neque specialem ad illos orationem fundaret. Dupliciter autem pro nobis orant. Primo perendo a Deo, quae vident nobis profutura ad salutem, sive ab ipsis ea petierimus, sive non. Secundo offertudo Deo nostras petitiones. Nam licet Deus optimè cognoverit petitiones nostras, neque ad hunc effectum indiget illarum a Beatis presentatione, at illi gloriosum est, quod beati pro nobis hoc officium suscipiant, orationesque nostras iam sibi presentias iterum presentent, & suas orationes illis adiungant.

4 Sed obitum potest aduersus hanc doctrinam beatos optimè nosse, quae Deus facturus sit ex iis, quae illis homines proponunt a Deo petenda. Ergo petere non possunt ea, quae sciunt Deum facturum non esse; alias diuinis voluntatis non effici omnia conformes. Pro iis autem, quae sciunt Deum esse facturum, suu

petuacanea videtur corum pentio.

A 4 Respon

De Oratione & Devotione in communi.

Respondeatur 1. negando beatos cognoscere semper, que Deus facturus sit, ex iis, que illis homines proponunt petere. Quia tali cognitione neque ad eorum statum, neque ad efficaciam petitionis necessaria est. Et ita docuit D.Thom.1. p. quest. 113. art. 8. ex illo. *Dam. 10.* vbi Gabriel Angelus cum Daniele orauit, & cunctos Angelas illius regni, illis orando restituit. Quia nesciebat (inquit D.Thom.) quid Deus disponuisse, & precebat commodum regni sibi commendati, donec de diuina ordinatione sibi constaret. Consentit Caiet.2.2. quest.8.3.art.4. & 3.p. quest.10.art.2. Suarez lib.1. de orat.cap.11. n.5.

Respondeo 2. admittendo beatos cognoscere, que Deus facturus sit. Nego tamen inde inferri, non posse petere. Nam si sciant Deum non esse factum, non absolute & efficaciter petent, sed inefficaciter, quasi conditionate: scilicet Christus pro salute omnium orauit, & pro liberatione a morte Crucis, que sciebat non esse facienda. Offendunt enim tunc beati simplici affectu circa bonum peritum, charitatem quam in nos habent, & quam bene affecti sint. Quod si agnoscunt Deum esse concessionem perendae, non superfluit eorum petitio. Quia forte ob petitionem illorum Deus sic decrevit concedere, & ita credendum est. Si tamen independenter ab illorum petitione Deus ea facere decessisset, adhuc utilis est talis petitio: tum ut diuina voluntati se ostendant conformes; tum ut charitatem & affectionem suum erga nos ostendant. Vide Suarez lib.1. de orat.cap.11. n.5.

5. Quarto certum est, beatos orare non posse pro se in his, que pertinent ad beatitudinem essentialiter, bene tamen in iis, quae ad illam accidentaliter pertinent: ita Suarez lib.1. cap.11. num.10. & 11. cum D.Thom. quest.8.3. art.11. Prior pars conclusionis videatur euidenter: quia petitio est rei non possedit. Beati primo instanti sua beatitudinis sunt beati: Ergo possident quidquid ad beatitudinem essentialiter requiriuntur. Cum autem ad essentialiam beatitudinem non solum necessarium sit Deum videre, sed videre illum perseveranter, a principio possident debitum illius, & hoc cognoscunt. Ergo nihil ad beatitudinem essentialiem pertinet postulare possunt. Secunda vero pars probatur, qui petere a Deo possunt, ut numerus praedestinatariorum implatur, quia hoc modo accidentaliter crescit eorum gloria. Item possunt petere glorificationem corporum. Nam licet hanc scient infallibiliter dandam esse, pertinet tamen, ut illo novo titulo illis decur. Ut potius ut illa petitione protestentur, semper gloriam illam sub dominio, & voluntate Dei esse, illam ipsis concedere quantumcumque promiserit, sic Suarez lib.1. de orat.cap.2. n.2.

6. Quinto certum est, damnatos orare non posse vera oratione: tum quia catent fide: tum quia pium affectum non habent; & Deum summo odio continuo prosequuntur. Possunt tamen aliqua a Deo petere, vt referatur *Iob* 1. & 2. vbi diabolus petivit a Deo ut permitteret tentare *Iob*, & *Luc. 16.* diues ille in tormentis potius petivit ut Lazarus ad fratres mitteretur.

7. Dubium autem est de animabus in purgatorio existentibus, an orare possint pro nobis? Nam pro se non videris dubitandum. Orant namque Deum ut excusat fideles, ut pro ipsis satisficiant. Quid enim obstat potest huic orationi, cum se videant in summa necessitate confitutas, & sciant nullum alium sibi superflue remedium, ad se ab illa necessitate liberandum? Quapropter ex multis historiis constat animas in purgatorio existentes postulasse a viuis orationes, suffragia, & indulgentias. Ergo facilius poterunt petere a Deo, ut fideles moueat ad haec opera pro illis praestanda, cum certio cognoscant fideles non posse illa praestare, nisi a Deo prius mouantur, & excitentur. Pro nobis autem communis sententia docet non orare. Sic D.Thom. q.83. art.11 ad 3. Aten.4. p.9.91. memb.4. Naunart. in *Enchirid. de orat.* in *prelud.* n.26. & 29. Mouentur: tum quia nostras necessitates non cognoscant: tum quia sunt in statu potius fatis patienti, quam impetranti, magisque debent ab aliis auxiliari, quam aliis auxiliis.

8. Nihilominus contraria sententia satis probabilis est, etiamque defendit Bellarmius lib.2. de purgatorio cap.15. Medina 9.5. de oratione, Valencia 2.2. dib.6.9.2.6. vers. Quarto affecto. Suarez lib.1. de oratione cap.11. num.16. Lefsius lib.2. de iniustia cap.37. dib.5. num.23. & alij. Ratio est, quia pena, quam anima in purgatorio existentes patiuntur, impediens eas non potest ab oratione pro nobis fundenda. Tum quia aquo animo can suntinent. Tum quia nos feruenti charitate prosequuntur, neque desiderium, quod in hoc saeculo habebant nostra salutis, est illis immunitum. Tum quia vident se haec oratione summe Deo placere. Et confirmari potest exemplo Moysis & Samuelis, qui pro populo orabant, ut colligatur ex Ierem.15. Si steterint Moyses & Samuel coram me, non est anima mea ad populum istum. 2. *Machab.* 1. oravit Ieremias multum pro populo, & tamen ij omnes non erant beati. Ergo licet anima in purgatorio existentes beata non sint, poterant pro nobis orare.

9. Neque argumentum contrarium virget. Factor, inquam, esse in statu fisi patienti, & indigere nostro auxilio, & orationibus: hoc tamen non colligimus ipsa etiam possit nobis correspondere. Quod si dicamus nostras necessitates non cognoscere, neque cognoscere orationes, que ad ipsas funduntur

inde solum inferri non posse pro nobis specialiter orare: hoc est pro speciali necessitate: at non inferri orare non posse in genere pro nobis, petendo a Deo ut nobis concedat, quod suae voluntati & diuinæ gloriae magis est conforme, nostrarum petitiones audiat, si id videat expedire. Nulla tamen in hac oratione esse potest repugnantia: sed proinde credo, animas in purgatorio existentes, ut petre Deo charissimas, & nobis bene affectas commendare lepe Deo amicos, quos habuerunt in hoc saeculo, confanguineos & propinquos, & quotquot illis beneficiunt, illisque se commandant.

P V N C T V M VI.

Pro quibus orandum est.

1. *Pro damnatis orare non potest*
2. *Pro beatis qua ratione possit orari.*
3. *Pro viatoribus sine iniustis, sine iniustis est orandum.*
4. *Propromuntur das difficultates aduersus hanc doctrinam.*
5. *Solutio prima difficultatis.*
6. *Satisfactio secunda difficultatis.*

1. Certe est oratione fundi non posse pro damnatis, quia sunt omnino a beatitudine exclusi, neque illis aliquia ratione oratio profecta potest: quod definitum est ab Innocentio III. in *cap. viii Mart. de celebratione Missarum.*

2. Pro beatis vero clarum est nos orare non posse, petendo eorum conseruationem beatitudinis: quia hanc certe cognitionem sibi esse debiram, & a Deo concessum. Solum de oratione, in qua postularetur aliqua gloria accidentalis resoluta ex multitudine praedestinatum, ex glorificatione corporum, ex laudibus in celo factis ob peccatorum penitentiam potest esse dubium, an pro ea possimus orare. In quo breuiter dico nullum in hac oratione reperi inconveniens, immo per se bonum, & honestum esse. Quia haec oratione postulatur nomine Dei sanctificari: & quia haec postulatur in favorem & commodum beatorum, ut ipsi de voluntate & gaudium nouum accipiant, dicitur, fieri pro beatis, sic docet Suarez lib.1. de orat. cap.14. num.4. cum Bellarm. lib.2. de purgatorio cap.18.

Pro animalibus purgatoriis nemini Catholico esse dubium potest fatigare illi orare, ut a peccatis soluantur.

3. Loquendo de viatoribus conclusio, ab omnibus recepta est, pro omnibus esse orandum, sine iusti, sine iniusti, sine fideli, sine infidele, sine amici, sine inimici, prout docuit Paulus 1.Timor.2. Observe primum omnium fieri observations, orationes, postulationes, gratiarum actions pro omnibus bimillib. Quod inutilis ex eo, quod Christus pro omnibus mortuus est, & ratio est manifesta, quia omnes dum sunt in hac vita, capaces sunt salutis.

4. Sed est difficultas. Quia ratione pro omnibus sit orandum, & ratio difficultatis est. 1. quia in omnium collectione conflit manifeste plures esse reprobus, & vt tales a beatitudine exclusos. Ergo illi comprehendi non possunt in oratione, quia petis omnibus salutem, quia est nimis presumptuosa & flusta petitio, & contra diuinam ordinacionem. Adde, nulla religiosum petitio fieri posse, quia non procedat ex spe obtainienti petitum, quam tamen in presenti habere non potes, cum certe scias contrarium esse a Deo determinatum. 2. difficultas ratio est: quia honeste & licet fieri orans pro praedestinatis tantum, pro amicis, pro beneficitoribus, pro confanguncis, pro reipublica. Ergo non tenoris pro omnibus orare. Ergo etiam si aliquem excludas, non possunt?

5. Ad primam difficultatem respondeo probare te non possa pro omnibus collectu petere beatitudinem ut cum effectu deitur: at diuise bene potes pro omnibus beatitudinem abfuisse postulare. Quia dum tibi per revelationem claram non constat, qui sunt a Deo specialiter reprobus, optimè facis, ut omnibus gratiam, & beatitudinem postulas. Quod si obvias plures esse ita remotos a via salutis, tum ob infidelitatem tum ob vita, quibus sunt immixti, ut moraliter loquendo non videantur condemnationem vitatur. Ergo, illis optimè poteris excludere a petitione absoluta beatitudinis. Neganda est consequentia: quia ob nullam infidelitatem, & peccatorum obstinationem tollitur peccatoris capacitas & possibilias se converendi: ac proinde nec possibilias pro illis orandi. Immo quo maior peccator existit, magisque a via salutis remors est, eo magis oratione indiger, quia mouet Deus ut illum a malo ducatur. Ceterum pro beatitudine omnium viatorum collectu, & idem est pro beatitudine illius, quem ex revelatione cognoscere condenandum, optimè poteris orare, affectu, inquam, simplici, & conditionato diuinæ voluntati subordinato. Nella enim repugnancia est in eo, quod velis, quantum est ex te, reprobo faltem: immo in hac voluntate charitatem erga illum offendis, diuinæ te voluntati conformas, quia quantum ex te est vult, omnes homines saluos fieri. Ergo ex hac voluntate bene potes petere a Deo, ut det illi reprobo auxilia, quae ad huiusmodi effectum videant esse necessaria. Item petere potes, ut illis auxiliis illis